



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Symbola Trinitatis, Id Est Trinitatis diversarum rerum, ex  
Veteris ac Novi Testamenti Scripturis, Historijs &  
exemplis; nec non congruentioribus rerum naturalium  
similitudinibus conscripta ...**

**Duplan, Theodore**

**Ruraemundae, 1663**

13. Tres virtutes adjunctæ prudenti[a]e.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12221**

Spiritus amborum qui labo remotus ab omni,  
Arcet ab æterni liminis arce reos.

• S Y M B O L U M 12.

Prudentia tribus constat,  
Memoria præteriorum, Intelligentia præsentium, Provi-  
dentiæ futurorum.

**D**Ivinæ radius quidam est Prudentia lucis,  
Ternaque discreti temporis acta videt.  
Præteriti memor est, noscit præsentia, mensque  
Nostra futurorum præscia, tela cavet.

Præteritum Triadi nihil est, nil estque futurum,

(a) At simul est præsens quod fuit, est, & erit.

(a) Pervigil Dei oculus simplici intuitu præterita, præsentia, futura præsentialiter cog-  
noscit, inquit Damasci.

S Y M B O L U M 13.

Tres virtutes adjunctæ prudentiæ  
Eubulia .i. optima deliberandi ratio. Synesis .i. perfficiencia in  
judicando seu conscientia. Gnome sive judicium rectum æquum  
et boni viri.

**C**erne clientelam famulantum ut turma sequatur  
Ceu Dominae triplex obsequiosa sue.  
Consilijs stat presto bonis Eubulia: Judex  
Est Synesis recti conscientia mensque mali.  
Prudenti fluit ore frequens sententia: rivos  
Quis neget hos Trini fonte salire Dei?

Audi hic Hesiodum, sic dicentem.

Optimus ille quidem est ex se se qui omnia novit:

Est bonus ille etiam, qui paret recta monenti:

At qui mentis inops aliorum audire recusat

Consilia, hic malus est, telluris inutile pondus.

SYM-